





N

DE MYSTERIIS

VENERANDI ET SACROSANCTI MISSAE SACRIFICII TAMETSI INCERTO AVTHORE CARMINE TAMEN ELEGIACO TERSO OPVSCVlũ, in uetustissimo codice membrana (ut conijcitur) ante annos quingentos scripto.

INVENTVM NVPER IN VICTORIA CHARINTHIAE COENOBIO ET A situ tineisq; erutum opera & industria Nobilis & excell. Viri VVOLFGANGI LAZII Vien. Medici, Sa. Regiæ M. à consilijs & historijs.

VIENNAE PANNONIAE EX OFFICINA TYPOGRAPHICA IOANNIS CARBONIS Anno M. D. XLIX. Nono Mensis Augusti.

Rmo in Christo patri Illustrisq; principi Dei et Apostolicae sedis gratia Episcopo Ecclesiae Chien. in Germaniam cum potestate legati a latere nuntio Dno A Mecenati

author dedit ...

1549

AD REVEREN-
DISS. IN CHRISTO PATREM ET PRINCIPEM D. D. PROSPERUM DE ILLUSTRI SANCTAE CRUCIS DOMO, ROMANUM, DEI ET APOstolice sedis gracia Episcopum Chisen. eiusdemque Sanctæ Sedis Palatij Rote locũ tenentẽ, & ad Inuictißimũ Row Pannonie, Bohemieq; Regem. Dominum FERDINANDUM nec non uniuersam Germaniam, Nuntium cum potestate Legati à latere Dominum & Mecenatem suũ obseruandiß.

WOLGANGI LAZII VIEN. MEDICI, REgij Consiliarij & Historici, in Poetam de SacroSancto Mißæ Sacrifitio canentem.

Prefatio.

TAmetsi non ignorem, Princeps Reuerendißime, odijs atq; oblocutionibus omnino non caritura consilia hæc mea, que in inquirenda illustrandaq; Sacro sancta uetustate suscipio, propterea quòd qui Catholicam sinceram religionem patrum nostrorum fulcire poßunt, authores à tineis simul eruam, effecit tamen partim Christianißimi regis mei qui est in fidẽ catholicam zelus, partim uero dignitas tremendi uitalisq; illius Mysterij (quo mißam Epitheto Io. Damascenus grecus appellat) & quod nostro

seculo

seculo proch dolor ita in omnium mentibus euiluit) ut omni odio depulso, contempta blateronum illorum seu potius ranarum loquacitate, non solum ad fulciendam ueram catholicam fidē in lucē hoc dare, tua propriaq; authoritate subnixum constituerim, uerum etiam alia plura & maiora cōmittere harenæ cogitem. Nam quem Reuerendiss. paternitas tua, familiarissimis ad me datis litteris, Abdyam Babiloniæ Episcopum petit, ipsorū auditorem Apostolorum, à nobis in proxima bibliothecarum perlustratione repertum (Quem Eutropius ex hebreo in græcam, in latinam uero linguam Aphricanus quidam sub Gordiano Seniore uertit ut titulus uetusti illius codicis habet) præterea Pascasium, Liberauium, Theonem, Bosonem, Maurum, atq; de abusiuis Ecclesiæ Beatum Cyprianum, præterea aliam Ecclesiasticam historiam ab illa Eusebij Nicephoriq; & poetam q Bibliam carmīe reddidit, aliosq; q̄ plures, q hactenus magna Ecclesiæ Catholicæ iactura authores latuerūt, cū primū à nostra ingenti & mēorabili factura, quam de oim gētiū populorūq; in agrū Austriacarū immigratiōe prouintiarū paramus, resperauerimus, diligēter ex uetustis archographis transcriptos & Reuerēdiss. D. T, & alijs præclaris uiris, q eruditionē cū pietate iunxerūt, cōmunicabo. Plurimum enim momenti Catholicis hi conferent, aduersus peruersa schysmaticorum dogmata diluenda, non solum quæ contra Sacrosanctum Missæ Sacrificium, purgatorium, meritaq; euulgata passim, ex hominum mentibus pietatem expunxerunt, uerum etiam B. Petrum Apostolorum principem illū Romæ passum & suam isthic ecclesiam auspicatum fuisse, idem ille quem inuenimus, Abdias Babylonius olim hebraico idiomate ad plenum, quod aiunt, perscripsit. Is inquam, cuius ab Aphricano factam in Romanam linguam uersionem nos dicimus inuenisse. Quod tametsi ipsum & ex Ammiano & Procopio uetustis & receptis historicis obiter animaduertatur (quorum uidelicet alter sub Iuliano Apostata homo latine, alter uero eiusdem originis sub Iustiano Prio, græce elucubrauit) tamen magnum erit Abdiæ iniciantis ecclesiæ hominis testimonium utpote ab ipsis Apostolis ordinati (ut habet titulus codicis) & sine dubio eiusmodi, quale uel Ireneo uel Policarpo uel Epiphanio, aut reliquis tribuitur etiam à Schismaticis, qui mox ab apostolorū ætate scriptis diuinis claruerūt. Neq; uero Aphricani uersio reijcienda erit quem tantopere Diuus Hieronimus extollit, & quem sub Gordiano seniore

primis item ecclesiæ temporibus uixisse constat. Atq; de Abdia alias, quem antequam in lucem mittere potueram, dum decadibus illis nostris de quibus fecimus mentiōem opprimimur, libuit poetam interea quendam producere in uetustissimo Charinthiæ monasterio uictoria quod Vitringam corrupte appellant, à nobis repertum, Qui terso admodum & culto carmine sacrosanctæ Missæ mysteria ita graphice explicuit ut iam plus lector intelligere queat, quantū huic facultas sacrifitio tribuenda sit, qua mente ac deuotione illud uel sacerdotibus celebrandum, uel à laicis audiendum sit. Rursus uero & quantum illi piaculum, Immo scelus & plusq̄ sacrilegium committant (animaduertitur) qui illud contemnere audent, uel adulterare, ut nihil dicam de his, qui tantum, quod unq̄ mortalibus nobis cum Deo uinculum intercessit, magna rei indignitate à templis exploserunt. Quod nisi prædictum iam olim à Prophetis fuisset, esset fortasse quod Sathanas etiam pijs imposuisset. Ita ille uere tremendum illud mysterium cum suis adsæclis impugnauit, & adhuc impugnat. Qui (me hercle) solutus uinculis in fine dierum, ut habent prophetæ, à nulla re sumere labefactandæ Ecclesiæ, fœlitius auspitiū poterat, q̄ a Missæ adnihilatione. Qua in cōtēptū apud mortales uocata, iam aīos illorū in sua nota pronos erat habiturus, utpote nullo amplius uinculo coherentes. Frustra enim mortalis hō sine auxilio dominiq; spiritu (ut Psalmographus inquit) laborabit. Quod miror, non aduertisse nostræ religionis Schismaticos, cum aperte scriptum hoc & in Daniele existat, Impudicum facie regem, desolationem in templo Domini facturum, & iuge sacrifitium ablaturum. Quod tametsi ita prædictum sit, ut nos magna ecclesiæ iactura experti sumus, tamen consentiunt in hoc reliqui fere omnes uetustiores & classici Ecclesiæ scriptores, Iuge illud sacrificium ad finem seculorum duraturum. Durat igitur & durabit, quantumuis uel Sathanas illud uel Heresiarchæ complices illius impugnent, & multos piorum animos suis præstigijs obtenebatos in tartara quotidie & cateruatim demittant. Quod ne fiat, Reuerendiss. Pa. uestra ipsa me certius nouit, quantum operæ Christianissimus simul & Inuictissimus Rom. Rex Dn. FERDINANDVS quotidie impendat, quos adsiduè in hoc sumptus faciat: tanquam parum esset iuxta Catholicam religionem enixissime ipse si uiueret, nisi ut alij quoq; & subditi presertim illius, ita similiter animos cōponerēt, hac uia una secum ad regna

cœlorum

cœlorũ ducẽte insisterẽt, unicè curaret, & grauissimis pariter rescriptis coherceret. Quapropter & bis quotidie huic sacrificio, nũq̃ sine honoris mẽtiõe noiando, Maiestas sua Sacra, tanta cũ ueneratiõe ĩteresse, & q̃dẽ dubia adhuc luce solet, ut ĩ tanta negotiorũ molestiarũq; mole illud uix imfimæ posset sortis hõ prestare. Vt altera iam pulchre & q̃dẽ amplissia Regia authoritate Poetam hunc nostrũ etsi Anonymũ post tanti temporis somnum excitare, & ceu ab inferis reducere, & uidear, & mihi merito gratulari queam. Hæc fateor fusiusa reuerendis Doctissimisq; uiris, qui pietatem cũ eruditione iunxerunt D. Michaele Suffraganeo Maguntino & Ioanne Cochleo & ipsa ex uetustate & lectione sedula congesta, reiq; deducta dignitate sint, libuit tamen in hanc harenam & illum producere pugilem, & hoc magis, quòd tua authoritate, cuius nomini inscribitur, proprijsq; armis subnixus, forsitan ualidius pugnabit, atq; Schismaticis, ut in unum iterum corpus nobiscum coeant persuadebit. Etenim Sacrificium, & ipsum adeò Missæ nomen, uetustum esse, non à Diuo Gregorio excogitatum primo, ut illi Missæmastiges nugantur, tot ueteres & recepti authores, tot concilia quæ primis temporibus Ecclesiæ sũt habita demonstrant, Vt plane deceptos obtenebratosq; à Demonibus hos esse appareat, qui illud impugnant. Iam primum omnium inter Canones Apostolorum (de quibus in Actis Lucas his uerbis mentionem facit, Circueuntes autem ciuitates Paulus & Barnabas Marcus & Sylas tradebant illis ut custodirent præcepta, quæ ab Apostolis & senioribus Hierosolymis erant constituta) Sacrosanctum sacrificiũ Missæ graphice ita describitur. εἴ τισ ἐπίσκοποσ ἢ πρεσβύτερος παρὰ τὴν τοῦ κυρίου διάταξιν τῶν ἐπὶ τῇ θυσίᾳ προσενέγκῃ ἕτερα τινα ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον ἢ μέλι ἢ γάλα ἢ ἀντὶ οἴνου σίκερα ἐπιτηδεύντα ἢ ὄρνεισ ἢ ζῶα, τίνα ἢ ὄσπρια ὡς παρὰ τὴν διάταξιν κυρίου ποιῶν καθαιρείσθω. πλὴν νέων χίδρων ἢ σταφυλῆσ τῷ καιρῷ δέοντι μὴ ἐξὸν δὲ ἔσω προσάγεσθαι, τί ἕτερον εἰς τὸ θυσιαστήριον, ἢ ἔλαιον εἰσ λυχνίαν, καὶ θυμίαμα καιρῷ τῆσ προσφορᾶσ. Quæ Haloander sic uertit, Si Episcopus aut presbiter præter ordinationẽ Domini quam de sacrificio instituit, alia queppiam, puta mel aut lac aut pro uino Siceram aut confecta quædam, aut aues aut animalia aut legumina supra altare obtulerit, Vt qui contra ordinationem domini faciat, deponitor excepto nouo frumento & uua oportuno tempore. Præterea licitũ nõ esto,

 aliud

aliud quidpiam admoueure ad altare, q̃ oleum in candelabrum, & incensum oblationis tempore. Et iterum, εἴ τις ἐπίσκοπος ἢ πρεσβύτερος ἢ διάκονος ἢ ἐκ τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ προσφορᾶς γενομένης μὴ μεταλάβοι, τὴν αἰτίαν εἰπάτω καὶ ἐὰν εὔλογος ᾖ συγγνώμης τυγχανέτω. εἰ δὲ μὴ λέγει ἀφοριζέσθω ὡς αἴτιος βλάβης γινόμενος τῷ λαῷ, καὶ ὑπόνοιαν ποιήσας κατὰ τοῦ προσενέγκαντος. Quae Haloander sic uertit. Si quis Episcopus aut presbiter aut Diaconus uel qulibet ex sacerdotali cathalogo, facta oblatiõe, non communicauerit, aut causam dicat, ut si rationabilis fuerit, ueniam consequatur, aut si non dixerit communione priuetur, tanq̃ qui populo causa lesionis extiterit, dans suspitionem de eo qui sacrificauit q̧ recte non obtulerit. Atq; haec ex canonibus, ubi proprie à ferendo, id est, mittendo προσφορὴ Sacrificium illud appellatur, quod non potuit aptius latine reddi q̃ Missa. Quod tamen aliqui barbarum autumant. Quin & ipsi Apostoli principes huius uidentur sacrificij meminisse. Beatus enim Petrus in sua catholica Epistola. Sacerdotium (inquit) sanctum, ut offeramus hostias spirituales acceptabiles Deo per Iesum Christum. Sic Diuus Paulus in Epistola ad Haebreos Cap. XIII. Optimum est enim gratia stabilire cor,, non escis, quae non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem, qui tabernaculo deseruiunt. Quorũ enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per Pontificem. Horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum, extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra improperium eius portantes, non enim habemus hic manentem ciuitatem, sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo etc. De eodem sacrificio primitiuae Ecclesiae Doctores omnes meminere. Quorum Beatus Epiphanius uetustissimus Cypriorum Episcopus contra Aerij Heresim disputans, In his (ait) qui uita functi sunt ex nomine memorias faciunt Catholici, orationes ad Deum perficientes, & mysteriorum dispensationes, Et addit, Hi qui discesserunt ex hac luce uiuunt, non sunt nulli, sed sunt, & uiuunt apud Deum. Est autem spes quoq; orantibus pro fratribus, ueluti in peregrinatione sint. Prosunt autem & preces pro ipsis fientes, etsi totam culpam non abscindant. Epiphanium sequitur S. Tertulianus idem martyr & Episco-

-tyr & Episco-

tyr & Episcopus, qui tempore Polycarpi Diui Ioannis Euangelistæ discipuli claruit, & in libro de corona militis, Missam his uerbis describit. Eucharistiæ sacramentum (inquit) & in tempore uictus & omnibus mandatum. a domino etiam ante Lucanis cœtibus, nec de aliorum manu, q̃ presentium sumimus, oblationes pro defunctis & Natalitijs annua die facimus. Nec aliud de sacrificio eodem qui fuit Beati Tertulliani discipulus S. Cyprianus Chartaginensis Antistes animaduertit, Qui in Epistola ad plebem de Quinq; presbiteris fœlicissimo copulatis. Ad ruinam salutis inducitur (inquit) ut non oretur Dominus nec qui rogauit Christum, eundem Christum quem negauerat, deprecetur, post culpam criminis tollatur & penitentia. Nec per Episcopos & sacerdotes Domino satisfiat. Sed relictis Domini sacerdotibus, contra Euageliam disciplinam, noua traditio sacrilegæ institutionis exurgat. Et iterum in sermone de operib. fidei cardinalibus, cum de Cœna Domini disserit. Sed & propter malignantium insolentiam altare suum Deus repellit, & sanctificationibus maledicit, edit sabbata, abominatur solennia, odoramenta fetent, displicent holocausta. In his omnibus laborare se dicit, nec esse uoluntatem suam, in ministris impuris, indignatione destricta testatur. Sed Hierarcha pius, quem Spiritus Sanctus compungit, excitat, inhabitat, & sanctificat, eleuatione manuum crucis mysterium representans confidenter orat pro sua & populi ignoratia recolens pudibundi & contriti animi confessione. Qui aliquando preualente aduersũ se peccato fuerit derelictus. Hæc ille, Cui Diuus Aurelius Augustinus nominatissimus Ecclesiæ scriptor, Archadio imperante, in libro secundo de octo questionibus ad Dulcitium. Neq; negandum est (inquit) defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari cum pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel elemosinæ in ecclesia fiunt. Et iterum in libro sententiarum Prosperi. Hoc est quod dicimus, qui modis omnibus approbare contendimus sacrificium Ecclesiæ duobus confici, duobus constare, insensibili elementorum specie & inuisibili Domini nostri Ihesu Christi carne & sanguine, sacramento & re sacramenti id est corpore Christi. Sicut Christi persona constat & conficitur ex Deo & homine. Cum ipse Christus uerus sit Deus & uerus homo. Et quæ sequuntur. Huc referenda est & Diui Ambrosij de eodem sacrificio authoritas. In Christo (inquit) semel oblata est hostia ad salutem æternam potens.

Quid ergo

Quid ergo nos? nonne per singulos dies offerimus sed ad recordationem mortis eius, & una hostia est non multæ. Quomodo una & non multæ? Quia semel oblatus est Christus. Hoc autem sacrificium exemplum est illius. Idipsum semper ad idipsum. Proin hoc sacrificium alioquin, quoniam in multis locis offerimus, multi sunt Christi? Nequaq̃, sed unus est ubiq; Christus, & hic plenus existens & illic plenus. Sicut enim quod ubiq; offertur, unum corpus & non multa corpora, ita & unum sacrificium. Pontifex autem ille est qui hostiam obtulit nos mundantem. Nos ipsam offerimus & nũc, & quæ tũc oblata est, consumi non potest. Quod nos facimus in commemorationem fit eius quod factum est. Hoc enim facite, ait, in meam commemorationem. Hæc Beatus Ambrosius, cui Sanctus succedit Hieronymus, cuius super Sophoniam Prophetam hæc leguntur uerba. Sacerdotes (inqt) q̃ Eucharistiæ seruiunt, & sanguinẽ domĩ populis diuidunt, impie agunt in lege Christi, putantes, Eucharistiam imprecantis facere uerba non uitam, Et necessariam esse tantum solennem orationem, & non sacerdotum merita. Et sacerdos in quacunq; fuerit macula, nõ accedat oblationes facere domino. hæc ille, a quo non dissimilis est & Damasceni Græci authoritas, in quodam sermone, quod miror non animaduertisse Oecolompadium interpretem, insignem huius sacrificij hostem, (ita cæca semper est hæresis) Apostoli (ait) atq; discipuli saluatoris, qui totũ mundi circulum cepere, uiuum predicando uerbum, Quod suis oculis uiderant, in tremendis uitalibusq; sacramentis, memoriam eorũ qui fideliter obdormierant, habendum edixerunt. Subijciam & Beati Alexandri Martyris Christi & Romani Pontificis a Beato Petro Quinti authoritatẽ, in cuius Epistola hæc leguntur uerba. In Sacramentorum quoq; oblatiõibus quæ inter Missarum solennia Domino offeruntur, Passio domini miscenda est, ut eius, cuius corpus & sanguis conficitur, passio celebretur, ita ut repulsis opinionibus superstitionum, Panis tantum & uinum aqua permixtum in sacrificio offerantur. Non debet autem, ut a Patribus accepimus & ipsa ratio docet, in Calice Domini aut uinum solum, aut aqua sola offerri. Sed utrumq; permixtum, quia utrumq; ex latere eius in passione sua perfluxisse legitur. Ipsa uero ueritas nos instituit, Calicem & panẽ in sacramento offerri. Quando ait. Accepit Ihesus panem & benedixit deditq; discipulis suis, dicens. Accipite & bibite ex hoc omnes, quia hic est

Calix sanguinis

Calix sanguinis mei, qui pro uobis fundetur, & in remißionem peccatorum Crimina autem atq; peccata oblatis hic Domino sacrificijs delentur. Idcirco & paßio eius, in his cõmemoranda est, qua redempti sumus: & sepius recitanda, atq; haec Domino offerenda. Talibus hostijs delectabitur atq; placabitur Deus, & peccata dimittet ingentia. Haec ille. Hic iam omitto Telesphori, Marcellini, Iulij aliorũq; qui in primitiua Ecclesia elucubrauere scriptorum. Porro duorũ tantum antiquißimorum conciliorum de sacro sancto Mißae sacrificio constituta recensebo. Quod ubi fecero, si quod deerit, partim rei tantae dignitati, partim uero authoritati Reuerecdiß. D. V. committo & trado. Habet autem Laodicense Conciliũ quod mox Nicaenum est secutũ, nominatim Canonem his uerbis expressũ ut seqtur. Nõ oportet indomibus oblatiões celebrare, ab Episcopis uel presbiteris. Addit Charthaginensis Synodus sub Archadio & Honorio habita. Aurelius Episcopus dixit. Audiuit dignatio nostra suggestionem fratris & Coepiscopi nostri Fortunati, quid ad haec dicitis. Ab uniuersis Episcopis dictũ est. Crismae confectio & puellarum consecratio a presbiteris non fiat, uel reconciliare quenq̃ in publica Missa non licere. Aurelius Episcopus dixit. Si quisq̃ in periculo fuerit constitutus, & se reconciliari Diuinis altaribus petierit, si Episcopus absens fuerit, debebit utiq; presbiter consulere Episcopum, & sic periclitantem eius praecepto reconciliari. Ex quibus iam oĩbus adductis, non solũ uetustatem nominis Mißae animaduertimus (quod authores interdum alijs quoq; nominibus circumscribunt, noiantes, oblationem, Communionem cum oblatione, Sacrificium Mediatoris, Crucis Mysteriũ, Tremendum Sacramentum & Vitale, Sacramentum pacis & Graecè συναξιρ hoc est, coniunctionem Ἀγαπηρ, amicabile conuiuium & προσφοραρ quam uocidam Mißa latinè exprimit) uerumetiam dignitatem atq; facultatem illius quanta sit, facile intelligimus, quòd aequè pro defunctis ac uiuis prosit, & q̃ unus Christus in multis Mißis locisq; idẽ tamẽ offertur, Deniq; q̃ purgatorium locus sit praeter caelum & infernum, in quo cõstitutis, illud idem sacrificium pie factum subueniat. Quae omnia, uti iam multis uerbis ostendimus, Poeta noster breui carmine & quidem culto comprehendit. Quod tametsi nobis adscribere poteramus (quod quosdam male inhistorijs feriatos audere intelligo) noluimus tamen, neminem sua memoria fraudaturi, illi autem uideant ne ceu Asellus Aesopicus tergore.

Leonem

Leonem mentitus, doctis uapulent. Quare dignus is est quem in patrociniũ tuum recipias, & hoc magis, ꝙ ſanctæ ſedis uniuerſalis Reuerendiß. Pa. T. uicem gerat in his terris, & Catholicæ religionis, noſtri q; adeò q̃ ſtudioſiſſima exiſtat. Cui ſanctum Poetam tametſi Anonymum ita commendo. ut dignus eſt, materiaq; tanti Myſterij requirit. De me illud tantum addere uolo, atq; Reuerendiß. Pa. ueſtram qua debeo obſeruantia rogo, ut uoluntatem dantis, Doni quoq; non exiguitatem ſed præſtantiam & uetuſtatem conſideret, atq; ab Hereticorũ Impiorũq; prauis conſilijs aduerſus me ſuſceptis iugiter ut ſolet defẽdat. Quorũ loquacitati illo Naſonis carmine reſpõſum uolo.

Acceßit poſitoq; genu Titania terram
Preßit, ut hauriret gelidos potura liquores,
Ruſtica turba uetat, Dea ſic affata uetantes.
Quid prohibetis aquas? uſus communis aquarum eſt,
Nec ſolem proprium natura nec aera fecit,
Nec tenues undas. ad publica munera ueni.
Quæ tamen, ut detis ſupplex peto, non ego noſtros
Abluere hic artus, laßatâq; membra parabam,
Sed releuare ſitim. Caret os humore loquentis,
Et fauces arent, uixq; eſt uia uocis in illis.
Hauſtus aquæ mihi nectar erit, uitamq; fatebor
Accepiſſe, ſimul uitam dederitis in undis.
Hi quoq; uos moueant, qui noſtro brachia tendunt
Parua ſinu. Et caſu tendebant brachia nati.
Quem non blanda Deæ potuiſſent uerba mouere?
Hi tamen orantem perſtant prohibere minaſq;
Ni procul abſcedat, conuitiaq; inſuper addunt.
Nec ſatis eſt ipſos etiam pedibuſq; manuq;
Turbauere lacus, Imoq; è gurgite mollem
Huc illuc limum ſaltu mouere maligno.
Diſtulit ira ſitim, neq; enim iam filia Cœi
Supplicat indignis, nec dicere ſuſtinet ultra.
Verba minora Dea, tollenſq; ad ſydera palmas,
Aeternum ſtagno (dixit) uiuatis in iſto.

Et ueniunt

Et ueniunt optata Deæ: Iuuat eße ſub undis.
Et modo tota, caua ſubmergere membra palude,
Nunc proferre caput, ſummo modo gurgite nare.
Sæpe ſuper ripam ſtagni conſiſtere ſæpe,
In gelidos reſilere lacus. Sed nunc quoq; turpes,
Litibus exercent linguas, pulſoq; pudore,
Quamuis ſint ſub aqua, ſub aqua maledic[illegible]e tentant.
Vox quoq; iam rauca eſt, inflataq; [illegible]a tumeſcunt,
Ipſaq; dilatant patulos con[illegible]a rictus.
Terga caput tangunt, [illegible]olla intercepta uidentur.
Spina uiret, [illegible]enter pars maxima corporis albet.
Limoſoq; nouæ ſaliunt in gurgite Ranæ.

Hæc ille. Quapropter, tametſi non dubitem illis idem meritò euenturum quod illis in ranas ſimili cauſa uerſis accidit, tamen ut Regis noſtri clementiſsimi, tuaq; authoritate Poeta hic noſter una mecum tamdiu defendatur, donec Numen Diuinum meritam pœnam in Sacroſanctum Sacrificium delinquentes decernat, ſpero atq; oro. Quibus me humillime commendo. Viennæ ex ædibus noſtris 9. Aug. Anno M. D. XLIX.



DE MYSTERIIS
TREMENDI SACRIFICII MISSAE INCERTO AUTHORE
OPUSCULUM VETUS TERSO CARMINE ELEGIACO, A NOBILI ET EXCELL. uiro D. VVolfgango Lazio Vien. *Medico, regio Consiliario & Historico repertum & à tineis erutum.*

SCribere proposui quid Mystica sacra priorum
   Missa repręsentet, quid ue minister agat.
Scilicet una fuit pro quotidie repetitis,
   Quę semel oblata, hic hostia uera Deus.
Inuolucrum legis Christus patefecit ouemq;,
   Significatiuam uera remouit ouis.
Prębiter hanc offert, & in hac cessare figuras,
   Remq; figurarum testificatur agi.
Sic etenim templi, Crucis sic exprimit aram,
   Vt bona commemorans illius, huius agat.
Ergo quod in Missa uel agatur uel memoretur, *Propositio.*
   Quæ quibus adsimiles, sub breuitate canam.
Turba prophetarum uenturi nuntia Christi.
   Mysterium fertur pręcinuisse crucis.
Hunc desiderijs, hunc laudibus, hũc prece multa,

B   Pręsuspirans

Præsuspirans hunc extulit expetijt.
Hæc tria cōmemorat similiꝗ sub ordine ponit,
Introitus missę, quæ chorus ante canit.
Ante recensentur suspiria postea laudes,
Inde preces, in quo quæꝗ notentur habes.
Exprimit introitus suspiria, gloria laudes,
Kyrieleyson ter triplicata preces.
Interea ueniens in sacra ueste sacerdos,
Altaris dextram dona daturus adit.
Illius aduentus, quibus ô Iudæa reuisit,
Te tuus Emanuel tempora plena notat.
Secreta siquidem processit ab æde minister,
Ortu secreto uenit ad ima Deus.
Vestibus ille sacris tegitur, texit caro uerbum
Tota carens maculis, tota sacrata Deo.
Ille stat à dextris, quia quesijt auctor inanes,
Execrata Deos gens quasi dextra fuit.
Angelicum posthæc sacrifex pater incipit hymnū.
Inceptum complet uociferanda chorus.
Incipiens memorat quæ saluatoris in ortu,
Gaudia pastores Angelus edocuit.
Cantica quæ post hunc superi cecinere recenset,
Gloria, quam complet uociferando chorus.
Hinc precibus fusis alios hortatur ut orent,
Discipulos Christus iussit & egit idem.
Nam turbas in monte docens, orauit, & ipsis
Orandi formam fratribus instituit.

Introitus Missæ quare.

Kyrieeleyson unde.

Sacerdotis ad altare accessus.

Ratio uestium in missa.

Quare Sacerdos a dextris.

Gloria in excelsis Deo ūde?

Et i terra pax unde?

Collecte prie mussa.

Lectio

Lectio quæ ſequitur doctrinam ſignat eorum,
Qui ſunt præmiſſi ſeptuaginta duo.
Illorum monitis dum reſponſoria cantat,
Edocet adſenſum ſe tribuiſſe chorus.
Alleluia ſequens memorat quæ gloria mentis,
Quam pia laus oris ſit comitata fidem.
Inde ſiniſtrorſum Domini ſacra uerba leguntur,
Plebs baculos ponit ſtat retegitq; caput.
Neue ſuperueniens clam zyzaniam ferat hoſtis,
Frontibus imprimitur myſtica forma crucis.
Reijciente fidem Iudæa, gracia Chriſti,
Tranſijt ad gentes, Iſrael errat adhuc.
Tranſitus his, quoties Euangelium recitatur,
Mentibus occurrens exprimiturq; loco.
Ad leuam legitur, quia quo tranſiuit aberrans,
Et uelut a leua gens Idolatra fuit.
Vt ſis & attentus paciens erectus in hoſtem,
Quod caput & baculus quod ſtatus ipſe docet.
Quippe caput retegens attente audire moneris,
Parcere, cum baculum reijcis, inſtrueris.
Stans diſcis, ueluti ſtantes pugnare ſolemus,
Sic te pugna grauis ſub uigili hoſte manet.
Succinit inde chorus fidei compendia noſtræ,
Aſſenſum uerbo ſe tribuiſſe docens.
Hinc etenim monſtrat quantum profecerit, In quē
Et credat, quæ ſit quidue datura fides.
Scilicet ordo bonus quo Rex uocat atq; magiſter

B ij Reſpondet

Lectio Epl'æ unde?

Alleluia poſt Epiſtolam.

Euangeliū qua parte canitur uel legitur.

Quare cruce ſe aſtantes ſignēt in Euangelij lectiōe.

Quare ad leuam legitur Euangelium.

Quare baculi ponuntur in lectione Euangelij & capita reteguntur.

Quare in lectione Euangelij hoīes ſurgant & ſtent.

Symbolū fidei quare Euangelium in Miſſa ſequatur.

Dominus u

bisch ante offertorium. Respondet miles, discipulusque, sequor.
Quamque notam pastor nouit propriamque fatetur,
Hac se signatam testificatur ouis.
Quaeque probant opifex & signifer & caput idem,
His opus est membris, his sua membra fauent.
Sic confessa fidem pia plebs orare monetur,
Vt sit in hac stabilis, quo super aptet opus.
Offertoria quare post symbolum. Hinc chorus effectum canit offertoria subdens,
Tamquam si dicat, credo fatebor agam.
Propterea solet ante sacra haec offerre minister,
Offert & populus quae sibi dona licent.
Quare in offertorio dona ara ipõantur. Cernis ut instituit quae cuncta ecclesia pangit,
Pone fidem pandi, dona deinde dari.
Quo euẽtu oblatiões institute & ubi i ueteri testamẽto fundatae. Audis ut haec credas, & credis ut hostia fias,
Te Deus vt socium regna subire uelit.
Nec sine (dona) fuit, quae plebs deuotior offert,
Schemate tunc factum, nec sine fine fuit.
Cum Salomon templum, Salomon altare sacraret
Oblata a populo uictima multa fuit.
Exemplo Iudaea tuo plebs usa fidelis,
Dona sua altari, dat simul ore preces.
Quare cũ pane & uino sacrificet sacerdos in Missa. Non sine mysterio sine re uel panis ad aram,
Vel uinum fertur, cui super addit aquam.
Vtraque sub typica nobis sunt picta figura,
Traditio docuit, sanctior usus habet.
His etenim dño, primũ (ut fuit orbe sacerdos)
Melchisedech rebus sacrificasse ferunt.

Haec quoque

Hęc quoq; discipulis cenantibus ipse redemptor
Tradidit in corpus utraq; uersa suum.
Visus & ipse placet, qui sic mactatur in imis,
Vt sit in excelsis inuiolata caro.
Admixtum uino laticem miraris, at ipsum
Grande sacramentum est, nec ratione uacat.
Vnda fluens homo prateriens ea mixta liço,
Est Christo, Christi sanguine iunctus homo.
Diuidit unitos uel aquã uel uina ministrans,
Et caput a membris separat ipse suis.
Pręterea nil fons sine sanguine, nil sine fonte
Sanguis, uterq; simul saluat utrumq; sacer.
Et cum scrutatur pendentis uiscera Christi,
Lancea, manauit sanguis & unda simul.
Sicut utrumq; fluxit, simul offer utrumq;,
Vnum deme, crucis non imitaris opus.
His ita pręmissis secreto presbiter orat,
Secretas memorans assimulansq; preces.
Quas egit & Christus cum te, iam Iuda remoto
Abcessit modicum, terq; precatus ait.
Si Pater omnipotens fieri poterit rogo amarus
Fac pater iste tua transeat arte Calix.
His precibus ueluti labiorum uictima quędam
Est oblata typum legis & ipsa gerens.
Pro se, pro populo, pro principibusq; sacerdos,
Supremus Domino mystica dona dedit.
Nam sua, nam populi nam pontificũ malefacta,

Menda.

Neq; sine sanguie neq; sine carne: [illegible], sine pane & uino poße fieri sacrificiũ Mißæ.

Secretæ sacerdotis post offertorium oratiões unde.

In Mißa eße intercesßiones.

Schema ex ueteri lege.

Portarunt aries & caper & uitulus.
Pontificum uitulus populi mala pertulit hircus,
Ipsius excessum dux gregis igne luit,
Hæc tria saluator triplici prece commemorauit,
Pro se, pro nobis omnibus unus agens,
Nam ter humistrato contriti cordis & ille
Sanguineus sudor, Crux fuit ante crucem.
Iam tunc anxietas finem spondentibus umbris
Et ueteri ritu gratior unda fuit.

Per oĩa secula seculorum & sursum corda. Præfatio in Missa quare & unde.

His actis populum sublimi uoce salutat
Presbiter & sursum corda leuare monet.
Inde pater grates per Christum semper agendas,
Adserit, & post hęc, dona sacranda sacrat.
Si bene cuncta notes hoc totum filius egit,
A prece discipulos inde petendo crucem.

Menda.

Primum iussit eos uigilare statimq; precari,
Post dormire dehinc agnus & ara tulit.
Nimirum dum dicit eis uigilate, salutat,
Quippe salus animæ si uigilemus, adest.
Dum petit & sursum precibus pia corda tenere,
Orari siquidem sola superna iubet.
Dũ tandem uocat ad requiẽ monet edere grates,
Nam requie hac mentis gratificamur ei.
Sic grates agere est domino nos reddere grates,
Quod facit à uitijs mens manus osq; uacans.
Vt talis fiat quisquis sub iudice Christo,
Sacrificat sub quo iustus & ipse tremit.

Cum

Cum superum cantu, quos aræ constat adesse,
Admitti proprias postulat ille preces,
Postulat ut sua uox laudi concordat eorum,
Quos adstare sacris pagina multa docet.
Si uerbis hominis quem nectar ubiq; supernum,
Eructasse liquet, uis adhibere fidem.
Tempore quo sacer adsistit nam presbiter aris, *Canon maior & preces ante cõsecratiõem.*
Mactatur patri filius ipse manet.
Aethra patet, cœlestis adest chorus, Ima supernis
Iunguntur, fiunt actor & actus idem.
Cœtibus his, dũ mens dũ vox dum uita ministri,
Concordant grates indubitanter agit.
Hinc bene cũ populo ter Sanctus, quæq; sequũt,
Antea q̃ sacret, mystica dona, canit. *Ter Sanctus quare canetur à choro.*
Credimus has laudes desumptas ex Ysaia,
In quibus innuitur trinus & vnus apex.
Ter positum sanctus trinum notat, esse sed vnũ,
Mox Dominũ atq; Deum cũ uocat & Sebaoth.
His tribus, huic vni Sacrifex litat, Angelus offert,
Subscribit clerus, plebs ueneratur idem.
Et quia percipiunt in sacromunere quiddam,
Pro sacro dominum munere glorificant.
Laudibus his ueneratur eũ quibus Aethra resultat
Quas duo de Seraphyn nocte dieq; canunt.
Has pro perceptis quasi grates ritè reponunt,
Ne quando frustra percipienda petant.
Hactenus explicui quid representet in ipso, *Menda.*

Offitio

Offitio Missę, quid ue minister agat.

Nunc altera ps Missae quae ĩ adsistentibus consistũt, explicatur.

Nunc quibus omne typi tota perficitur aede,
Offerturq; Deo, commemorare placet.
Quidquid enim sit in ecclesia tantum̃odo prosit
Moribus aut fidei uictima grata Deo est.

Oratio & deuotio piorum Missę adsistẽtiũ sacrificij pars nõ minĩa

Offerimus uitulos linguae, mactamus & hircum,
Soluimus in cineres thus ouiumq; caput.
Quod canimus uel dũ legimus q̊ praua refrenet,
Quod populum, quod nos ad meliora uocat.
Tunc etenim uitulus tunc sacrificatur & hircus,
Cum factum calcas, luxuriamq; premis.

Huc pertinet illud psalmi sacrifitiũ laudis cor humiliatũ & contritum Deus non despicies.

Agnus ab innocuis à simplicibusq; columba,
Turtur ab his qui flent gaudia summa procul.
In clybano coctos panes Altaribus offers,
Si robur mentis nulla flagella monent.
Conspersos oleo (si uis) pietas moderetur,
Inque reos infra q̃ liceat, libeat.
Non fermentatos, si mens tibi purior adsit,
Excoquit, ut carnis fluxa supernus amor.
Offers & similam, si quos diuiserat error.
Colligis, inq; fidem iungis, idemq; facis.
Hos catechizans molis in Baptismate mergens,
Vnis informans aspera ferre coquis.
Sic eadem moresq; docent Christumq; figurant,
Sic geminos usus, cętera legis habent.

Postrema missę pars.

Quod uero Missę superest ità sacrificus dat,
Legis ut exhibeat sub cruce sacra crucis

Quippe

Quippe recenſetur quicquid lex preco futuris
Intra ſanctorum ſancta iubebat agi.
Hęc aperire labor, quia metro nominibuſq;
Ignarus metri materiaq; pręmor.
Da ueniam lector rem tantam pandere & uſum,
Complecti ſpeciem verſibus ipſe queam.
Non tamen expectes ut ſingula uerba uel actus,
Quoſlibet adgrediar clarificare tibi.
Ad ſumam rerum creſcet ſtylus & quibus umbrã,
Legis opuſq; crucisq; exprimit ara, canam.

Canõis & ſilentij ratio & quo ex loco ſcripture deſumpta.

Et ſemel & ſoli ſanctorum ſancta patebant,
Pontifici precibus, plebe uacante foris.
Angulus is uelo diſtabat ab æde priori,
Aduentu ſuperum colloquioq; ſacer.
Deniq; thurribulo is ſimul & thimiamatis ara,
Et teſtamenti fœdere clarus erat.
Clarus & inſigni tabula quæ pręminet arcæ,
Quam ſuper obnubit pronus uterq; cherub.
Sumus eo pręſul ſemel accedebat in anno,
Pro ſe, pro populo, myſtica dona ferens.
Scilicet illius hic hirci uituliq; cruorem,
Quos proles Aaron Immolat ante fores.
Carboneſq; ſimul quos deſuper exteriorem,
Sumendos aram pagina ſacra docet.
Hos in turribulo ponitq; Secundo Sacerdos
Thus cremat aſcendens fumus obumbret eam.
Aſpergit tabulam poſt hęc aſpergit & aram,

C Exterius

Exterius ſacram ſanguine pacifico.
Hinc redit ad populum ueſtes lauat attam en idem.
Non niſi ſub ſacro ueſpere mundus erat.
Hic locus, hic Sacrifex, ea munera ſigna fuere,
Signa receſſerunt, ſignificata manent.
Exprimit Eccleſiam prior, edes altera cœlum,
Antiſtes Chriſtum, ſanguis amara crucis.
Carbones ſummam uirtutum Chriſte tuarum,
Thurribulum carnem, thura cremata preces.
Summa tabella patrem fert cœleſteſq; cohortes,
Veſte notatur homo, veſpere mors hominis.
Hæc perſtricta tibi rerum uelamina pandunt,
His ea ſed ueluti ſemi retracta uides.

Canõis in Miſſa fundamẽta q̃ ſubmißa uoce recẽſetur.

Ex his non aliter ſit res tibi pręuia quaſi,
E foribus ſpectes interiora domus.
Interiora ſacri te Chriſte ducente patebunt,
Cuius morte patent interiora Poli.
Quas igitur Miſſę partes perſtringere cępi,
Hanc ueluti ſeriem canonis expoſui.
Sic leuius diſces quid opus quid uerba Magiſtri
Quid reminiſcantur legis agantue crucis.
Intrabat Præſul uitulorum ſanguine ſacrum,
Intrauit proprio Chriſtus at ipſe Polum.
Intrat agens Sacrifex hoc ſanguine ſemper ad arã,
Effuſi ſemper ſanguinis ipſe memor.
Nam quoties fuſum uerbo, cruce, mẽte retractat,
Tunc ſpecie hunc toties & ſacraſancta gerit.

Quippe

Quippe uelut quidam treor est meminisse cruoris
Mentio mortis adest ubicunque perennibus escis,
Imprimit iuncta manus mystica signacrucis.
Sic Aaron Christumque sequens altare frequentat,
Presbyter hunc haustu sanguinis ipse gerit.
In primo siquidem uersu uexilla salutis,
Ter super adpositas prerogat ille dapes.
In quo iam mortis mitisque piusque recordans,
Appellat triplici nomine munus idem,
Dona uocat primũ, mox mũera, nuncupat escas,
Inde, sacrificij nomina plura uocat.
Plura uocat, quia dona Deus donauit, ut inde
Sustentaretur lege modoque caro.
Munera sũt eadẽ, quomodo his donatur, & inde,
Munerat auctorem has cui dedit auctor opes.
Namque sacrificij ut censentur, nomine monstrat,
Qua ratione prius, munera dicta uelit.
Scilicet idcirco quia sacrificantur & apte
Munerat auctorem qui data reddit ei.
Sic eadem quæ dona uocat cum sacrificantur,
Munera sunt quomodo ad dona relata Deum.
His quoque nõibus pulchre his satis hostia Christi
Innuitur, scripto sat recitata meo.
Hoc etenim totum quod spondebatur in illis,
Completum memorat quæ speciesque gerunt.
Nam quod sperauit prior in ueruece sacerdos,
In capite & populus, cũ uituloque duces.

Sanctificationis ritus ante oblationem.

Hostia quibus nominibus celebretur.

C ij Crux

Crux dedit, esca sapit, totum canit omnibus esca;
Nominibus ternis hæc tria sacra notat.
Ingrediens sacro sanctum leuiticus orat
Pro se, proq; suo principe, gente, domo.
Ante crucem Christus rogat & se clarificari
Et custodiri quos dedit orbe Deus.

Christus mediator humani generis in altari inuocatus.

In cœlis etiam semper pro plebe sacerdos,
Pro seruo Dominus, pro grege pastor agit.
Noster in hoc sacrifex Aaron Christũq; secutus,
Pro totô primum supplicat ecclesia.

Vbi fundatum q̃ sacerdos in altari pro ecclesia, Papa, Regibus, Episcopo prius supplicat.

Hinc etiam pro Pontificis Regisq; salute,
Pro reliquis infra sicut oportet agens.
Lege iubebatur sumptos altaris ab igne,
Lege iubebatur Aaron festiuus eadem. *Menda.*
Carbones uiuos in sacra sancta geri,
Turribulis positos thus adolere Deo:
Thuribulum carnis tanq; carbone refertum,
Virtutũ cumulum Christus ad Astra tulit.
Nox ex igne Deo quo mentis fluxa cremantur,
Quo laxæ carnis lubrica sumpsit homo.

Quare nomia sanctorum Apostolorũ & aliorũ in canone recitẽtur.

Tanq; Carbones intrat sacra sancta sacerdos,
Nomina Sanctorum commemoranda gerens,
Nos etenim uiuis carbonibus adsimulamus,
Qui splendent actu iuris amore calent.
Denicq; si sequitur, q̃d lex iubet, umbra figurat,
Dum litat hunc ignem, mente minister habet.
Ingrediens etenim Sanctorum sancta sacerdos,

Pectore

Pectore gestabat nomina scripta Patrum.
Scilicet insinuans exempla fidemque priorum,
His imitanda quibus Mystica mensa parat.
Hæc satis esse Deo uerbis meminisse bonorum,
Si non exhibeas moribus ipse bonos.
Sic sacrifex intusque calens extraque choruscans,
Carbones carbo factus & ipse gerit.
Sic bene contexit multorum nomina patrum
Sic meritis multos exprimit ipse patres.

In Canone cū legitur, hanc ergo oblationem.

HAc nebula fumi tegitur leuiticus orans,
Vt pateat nulli dum Thymiama cremat.
Hac prece pro nobis, hac sedulitate precatur
Christus vt angelicum transeat intuitum.

Quare pro uiuis & mortuis preces in altari.

Nescitur quantum sumptæ presentia carnis,
Possit apud Patrem quid sine uoce preces.
His precibus cedit quidquid Leuiticus offert,
Et quocunque modo, tempore, fine, gradu.
His precibus primum desistere Iudicis iras,
Et flecti constat & meminisse patrem.

Menda.

Tanque sub nebula sacra dona frequentat & offert.
Quisquis agit Christi, Christus & ipse uices.
Hæc etenim uirtus, hęc efficientia uerbi,
Et crucis est vt mens linguaque cedat ei.
Nescit hō, latet & superos, quo prouehat escas,
Gratia uerborum mysterium crucis est.
Incipit his uerbis supplex instare sacerdos
Quæ salua spetie & munus utrumque nouant.

C iij Incipit

Incipit & toto contritus corde cremansq;,
Thurribulo mentis lucida thura precum.
Orat, vt accipiat placatus dona suaq;,
Ordinet in pace & tempora nostra Deus.
Orat, vt accipiat de massa perditionis
Inter et electos nos numerare uelit.
Orat, vt hic idem benedicat quas dedit escas,
Orat, vt adscriptas atq; ratas faciat.
Orat, vt hac altaris opus ratione geratur,
Sitq; quod acceptet, quod probet ipse Deus.
Dum rogat, vt Dñs quæ condidit hæc benedicat,
Vt nouet in melius promoueatq; rogat.
Dum rogat adscribi quod eã sibi preroget escam,
Atq; uocat propriam sanctificando rogat.
Dum rogat esse ratam, nec frustra speret in illa
Sed sit quæ prosit, sint rata uota rogat
Dum rogat hunc ratione geri, quæ munera recte,
Offert, ut recte diuidat, ipse rogat
Istius ergo dapis benedictio, gratia maior,
Vberior fructus, perpetuansq; vigor.
Hoc sane totum uerbis confertur in illis,
Quæ subdit sacrifex non sua sed Domini.
Quippe recensurus quæ protulit ille vel egit,
Cum cenans idem cena beata fuit.
Cõsecratio hostie.
In manibus panem capiens benedixit Iesus,
Hunc capit & sacrifex & benedicit eum.
Panis in hoc verbo, mox uiuens Christus ab ara

Imprimit

(Imprimit elato vt mystica signa crucis)
Sumitur & sumptum tollit vtraq; manu.
Nec prius in mensam dimittit quam tua Christe, elevatio
Verba representans, explicet iste Deo.
Inde leuat Calicem signatq;, nec ante reponit,
Quam sup auctoris uerba retractet ita.
Si qua fides Patribus, quos vita beata perennat,
Esca sit hoc animæ quod modo carnis erat.
His verbis vtrumq; nouas acquirere vires,
Maioresq; suis scripta probata docent.
Sub cruce sub verbo natura nouatur & aram,
Panis honorificat queq; cruore calix.
Presbyter idcirco, cum verba venitur ad illa,
In quibus altari gratia tanta datur.
Tollit vtrumq; notans quod sit cōmunibus escis,
Altior, & quiddam maius vterq; gerat.
Quæque Parens animæ carnis fomenta parauit.
Omnia sacratis inferiora cibis.
Et quoniam quocies libauerit ista sacerdos,
Christus eum memorem precipit esse sui.
Hoc sacramento nos cōmemorare fatemur,
Quod mortem tulerit, cuncta redemit ouans.
Namq; polū hic vbi conscendit tria obiuit in orbe,
Significat cibus hęc sacrificemquè notant.
Scilicet vt carne hic moriatur, mente resurgat,
Ter quinis gradibus templa superna petat.
Sic memores passi & surgentis ad Astra volantis,
Et nos &

Et nos & Deus & plebs tua magne sumus.
De donis propriisque datis vel munera pura,
Munera sancta tibi at immaculata damus.
Dona quidem nobis dño & data, namque qd escam,
Donat, nos ipsi sanctificando damus.
Pura damus, quomodo non his est mixta uetustas
Aut ad saluandum nos ope legis egent.
Sancta damus, quia qui sanctas adiudicat escas,
Perficit, & libans sanctificatur eis.
Imaculata damus, quia quae fuit immaculata,
Hostia nunc docet & nostra referre potest.
Presbyter insistens implorat, ut ille serenus
Respiciat clemens ac probet illa Deus.
Nec minus haec placeant qz qd puer obtulit Abel.
Quam qd Abram quã qd Rex sacrifexque Salẽ.
His tribus innuitur uariorum forma sacrorum.
Triplex sacrificium. Quae ratio, quę lex, quae sacra coena dedit.
Lex naturalis lex tradita, lex breuiata,
Placauere Deum munere quęque suo.
Et tamen impariter quia speque fideque suprema,
Dicitur in reliquis plena fuisse salus.
Haec sibi sufficiens nec eget perfecta futuris
Nec de prętęritis, unde fruetur habet.
Aspergi tabulam lex umbra iubebat & aram,
Exteriusque sacrum sanguine pacifico.
Filius asseritur toties aspergere patrem
Asperso quoties sanguine placat eum.

Aspergit semp

Apergit semper superos, quia semper eorum
Asperso reparat restituitque gregem.
Aspergitque homines semper, quia semp & ipsos,
Aspersos renouat conciliatque Patri.
Sic adstans aris aspergit in orbe sacerdos,
Cum memor aspersi sanguinis unit eos.
Vnit eos, placando Deum, supplendo ruinam,
Perpetuam vitam supplicat atque reis.
Ac veluti moriens Deus illud præstit orbi,
Hoc per eum mortis mentio prȩstat adhuc.
Tunc igitur sacrifex aspergit sanguine panem,
Cum semel aspersi mentio placat eum.
Mentio placat eum diuosque aspergine tangit,
Cum semel aspersi mentio supplet eos.
Tunc aspergit eos quos abluit unda salutis,
Cum semel aspersi mentio purgat eos.
Presbyter hȩc satagens sumpta sibi simplice forma,
In sublime geri mystica dona rogat.
Addit & erectus quo participatio mensæ,
Quotquot eam sumunt prosit & intus alat.
Neue sepultorum pia mentio prætereatur,
Et bene defunctis & sibi poscit idem.
Poscit idem sibi, dum Sanctis rogat associari,
Quos & nominibus nominat apte suis.
Angelus hæc manibus, rogat & quæ cũcta mĩster,
Excipit, in cœlum & munus vtrumque uehit.
Angelus est eius, vel quos reuerenda vetustas,
Desursum missos dicit adesse sacris.

Duplex aspersio sanguinis in ueteri & nouo testamento, altera cruenta & figuralis, altera incruẽta & mystica.

Comparatio cruẽti & incruenti sacrificij, hoc est, oblationis Christi in cruce & oblationis eiusdem in altare mystice.

Collecta de sanctis.

Collecta de sumptione Eucharistiæ.

Collecta pro defunctis.

D Ara supna

Ara ſuperna, dei conſpectus, eo ſacra ferri,
Eſt etiam meriti ſacra placere Deo.
Angelicas ea ferre manus, eſt plaudere noſtro
Affectu ſuperos, myſterijſq; ſacris.
Quo tam ſecreto plauſu perlata feruntur,
In ſublime, placent, pacificantq; Deum.
Ergo pius ſacrifex aſpergit ſanguine panem,
Aſperſi tunc cum mentio mulcet eum.
Cum viuis veniamq; refrigeriumq; ſepultis,
Impetrat & partem quam petit ipſe ſibi.
Miſſam pro uiuis & defunctis prodeſſe. Sic ſupos hominelq; valent aſpergere dona hæc,
Nos etenim purgant, mentio ſupplet eos,
Porro cum ſacrifex ſublimem nominat aram,
Quo ſupplex orat dona ſacrata geri.
Commemorat liquido velaminis interiora,
Quo ſemel intrabat pontificalis apex,
Cum ſacra perferri ſurſum rogat, innuit hircum
Quem lex deſerti vaſta ſubire iubet.
Quippe duos foribus templi lex applicat hircos,
Vni deſertum deſtinat, alter obit.
Chriſtus diuerſis reſpectibus hircus vterq;,
Nam tulit in ligno, viuit in arce Poli.
Viuit & hic humilis, deſerto regnat in illo,
Quo proprijs humeris, ipſe reduxit ouem.
Sic meminit legis, meminit crucis atq; ſacerdos,
In ſublime veni munus vtrumq; petit.
Idem commemorat ſanctos, humerale recenſet,
Sanctorũ me. Quo bis ſena patrum nomina ſcripta tulit.

Pectus enim

Pectus enim logion, scapulas humerale tegebat,
Presulis intrantis interiora sacri.
Hic in vtroque gerens gemmis insculpta priorum,
Nomina venturi preco typusque fuit.
Nomina nos gerimus logion ceu nomina Patrum,
Circa principium canonis exprimimus.
Nos humeralis onus gerimus cu nomina Patru,
Hac in parte sacri canonis inserimus.
Tunc etiam logion tunc fert humerale minister,
Cum mores patrum, cum labor ipse placet.
Ecce sub infertur quod tu bone conditor orbis,
Per Christum semper per bona cuncta creans.
Sanctificas qui viuificas & idem benedicis,
Glorificans primae conditionis opus.
Nam quia sic homini verbum Deus heret vt una,
Sint persona creans atque creatus homo.
Quidquid per verbum Deus ordinat aut operatur,
Per Christum fieri dicitur illud idem.
Ergo per Christum rerum natura nouatur,
Communisque cibus fit speciale bonum.
Per Christum quoque sanctificat Deus vnus vtrunque,
Viuificat pariter qui benedicit idem.
Sanctificat quomodo datur hæc quoque gratia rebus,
Vt bene percipiens sanctificetur eis.
Viuificat quomodo datur hæc vegetatio rebus,
Vt moriens intus viuificetur eis.
Hic idem benedicat eis quia prouenit inde,
Vt benedicatur, qui bene sumit eas.

bio i Missa quo ex loco scriptura desumpta.

Canonis in ueteri lege figura.

Vbi in canone dicitur p Christum qui uiuificas & sanctificas.

 Est ho-

Est honor est etiam per Christum gloria Patri,
Per quem cuncta pater glorificanda facit.
Est simul in Christo quę tunc Deus vnus vterq;,
Et quod in hoc vno est, est in vtroq; simul.
Ad populum regredi, vestesq; lauare supremum,
Pontificem legis mystica iussa volunt.
Ipse tamen mundus (eadem sic iussa canebant)
Non nisi cum iam sol occubuisset erat.
Scilicet ecclesię quam non abeundo reliquit
Subueniens Christus compaciendo redit.
Has eius vestes, has viuis abluit vndis,
Fons qui perpetuo vulnera nostra lauat
Fons tamen illa lauans vret dum syrius arua,
Hac veluti macula quisq; lauandus erit.

Contra eos qui sacrificiū Missa reijciunt Christū semel satisfecisse obijcientes.

Eius enim membris, dum sol aget iste labores,
Herebunt maculæ, quodq; lauetur erit.
Dicitur ad populum tanq; remeare sacerdos,
Pro populo rursus multiplicando preces.

Orate pro me fratres.

Namq; velut foris est cum vocem mutat & orans,
Admonet vt pariter tunc roget ipse chorus.

Pater noster, hoc est, Dominica oratio quæ Missæ inserta & qdē post eleuationem.

Admonet, orandi formam sublime retractans,
Quam statuit Christus tū edocuitq; suos.
Talibus offitijs interuentuque sacrorum,
Et simul intinctu sanctificantis aquam.
Ipse lauans populum sua vestimenta lauare,
Fertur & apta Deo reddere fonte precum.

Renouata peccata quæ Missa delet.

Est tamen immundus donec Sol occidat idem,
Nam dum viuit habet quod lauet omnis homo.

Sic sacrifex

Sic sacrifex remeans vt dignus percipiendis
Fiat, & ad vitam sumat vtramque simul.
Iam quasi cum populo septem sibi dona precatur,
Quæ voluit Christus tu instituitque peti.
Illorum tria prima quidem sine fine manebunt,
Sed reliquis finem spondet amara dies.
Semper enim sanctum nomen, semperque Beati,
Quod metuant quod habent quod vereantur, erit.
Semper vt in cælo sic in tellure voluntas,
Fiet & in neutro quod reprobetur erit.
Fit vero pariter in vtroque paterna voluntas,
Cum quod amat quod vult Angelus, oret homo.
Præterea sic quidam tunc sensere priorum,
Terra caro Coelum sic specie accipitur.
Consumatur in his pariter Diuina voluntas,
Cum caro subijcitur spirituique fauet.
Hæc tria nunc iusto varijs euentibus adsunt,
Post mundi finem nescia finis erunt.
Quatuor esse sinent, nam pasci nullus egebit,
Cuique remittantur, tunc mala nullus erit.
Tentari nemo poterit mala nulla deinceps,
A quibus electos liberet auctor erit.
Nam verbum vitæ panem puto cottidianum,
Siue sacramentum quo viget omnis homo,
Tunc neque doctrina nec ea dape iustus egebit,
Nam habet omne bonum, cui Deus ipse cibus.
Et quia preteriti meminit presenti grauatur,
Venturum metuit Presbyter ipse malum.

Quæ in Dominica oratione petuntur quorũ tria perpetuo manebunt reliqua transibunt cum mũdo.

Dñi Vt prece

Pax semp maneat nobiscum quare sacerdos ex altari canat.

Fractio panis post pacis precationē ex ueteri & nouo testamento, & unde desūpta.

Vt prece Sanctorum Deus illum liberet ; vtque
Pax data tranquilles tempora nostra rogat.
Offitium ecclesie cum perturbatio feruet,
Pax in spe, fructus semina iacta fouent.
Hinc sequitur panis, que fractio tradita nobis
A Domino, quiddam legis & ipsa gerit.
Legis precepto minui similago iubetur,
Non nisi frustratim sacrificando Deo.
Sic sacrum panem cœnans fregisse redemptor,
Dicitur & fractū distribuisse suis.
Nos quoque hic in frustra legē Christūque sequentes,
Apte & partimur dona dicata Deo.

Ecclesia una in terris apud homines.

Ecclesia altera apud Sanctos in cœlo.

Ecclesia tertia pacientium in purgatorio.

Quare pars uino intingatur.

Quibus defūctis Misse preces opitulētur.

Nam tres ecclesie sunt partes, vna laborat
In terris, partem iam fouet alta quies.
Partem que restat, feruentior excoquit ignis,
Excoctisque patet transitus ad requiem.
Diuisas meritis diuersas sorte locorum,
Tres istas partes hostia fracta notat.
Pars intincta mero viuis aptatur, opusque
Sanguinis & carnem hic ex piat ipsa caro.
Pro bene defunctis, quorum purgatior vnus,
Hoc interuentu non eget, alter eget.
Offerri reliquis ratio iubet obtin et vsus.
Si tamen hic idem fructus vtrisque datur.
Nam dum pro iusto, sacris adsistitur aris,
Pro reliquis grates ipse minister agit.
Cum pro saluandis nunc pœnam tempat vltor,
Hac & plena quies acceler atur ope.

His Epulis

His epulis epulas, huius tuc sumimus agni,
Quem lex prę cinuit, crux tulit, ara sapit.
Presbyter hunc in mysterio sumpturus, ab ipso
Tam sibi q̃ populo munera terna petit.
Inter eas siquidem primum rogat enumerari,
Quos in carne pudet turbine carnis agi.
Hinc in eo regno petit idem glorificari
Quo sua membra caput glorificanda trahit.
Postremo quia spiritui caro lenta resistit,
Cedit & infelix spiritus ipse caro.
Implorat patrem quo fiat vterq; quod alter,
Concordesq; velint atq; sequantur idem.
Nam nisi re bene cōposita, nec iustificatur,
Iam nec in ęternum glorificatur homo.
Hoc intellectu distinguit prisca vetustas,
Quod clerus triplici voce precatur opem.
Ad Christi reditura fidem Iudęa notatur,
Cum Pater ad dextram cedit & explet opus.

Preces canonis ante Agnus dei.

Agnus dei qui tollis.

Quare sacerdos in altari ad dextram regreditur finiturus missam.

MENDAE QVAE INTER EXCVDENDVM VEL
reuidendum obiter commissę sunt.

A 2 *Colum: pro fidcem lege fidem, pro* Nicephaoriq; Nicephoriq; *pro archographis archeographis, pro resperauerimus respirauerimus.* A 3 *Col: in gręca pro* [illegible] *lege* [illegible]*, & coma quod est post* [illegible] *debet esse post* [illegible] *In carm: Ouidij pro fetebor fatebor.* B 2 *Col: pro Kyrieleyson Kyrie eleyson* B 3 *pro aqua aquam. In folio postremo prima frue secundi quaternionis pro Sebaoth Sabaoth, & ad marginem pro canetur cantetur.* D *Col: pro Apergit lege aspergit.*